


Rara

994

26. 09. 08





C  
C  
G  
fu  
L

12  
DISPUTATIO  
DE LITIS CONTESTATIONE,

Quam  
AUXILIANTE DEO  
PRÆSIDE

CLARISSIMO AC  
CONSULTISSIMO VIRO, DN.  
GOTHOFREDO ANTONII, J. U. D. PRO-  
fundissimo, Illustrissimi Principis Dn. LUDOVICI, Hassiæ  
Landgravii, &c. Consiliario, Professore in GIESSENA  
ACADEMIA celeberrimo, & p.t. Rectore Magni-  
fico, Præceptore suo quamplurimum  
honorando.

*Pro ingenii dotibus defendere conabitur*  
HERMANNUS WAGNERUS ALTEN-  
DORPHENSIS AD SALINAS  
Hessiacas.

*Calendis Septemb. horis locoq<sup>ue</sup> consuetis.*



GIESSÆ CATTORUM,  
*Sub Prælo Nicolai Hampelii Typogr. Acad.*

ANNO 1607.



STRENUO AC NOBILISSIMO VIRO:

DN. FRIDERICO HERMANNI à Boyneburgk / Dn. ac Patrono suo omniobservantia colendo.

DN. JOANNI WAGNERO, Præfecto Salinarum Hessiacarum vigilantissimo, Parenti suo æviternum honorando.

DN. GEORGIO WAGNERO, J. U. D. ac Illustrissimi ac Celsissimi Principis LUDOVICI, Hassiæ Landgravi, &c. Consiliario integerrimo, alteri suo Parenti, Patrono ac fratri omniobservantiæ cultu venerando.

NEC NON

NOBILISSIMIS DOMINIS, HENRICO WILHELMI ab Eschweg / & GEORGIO CHRISTOPHORI DIEDEN à Fürstenstein / Fautoribus suis omni officiorum genere prosequendis.


Rara 994

*Hoc observantia debita signum, animi filialis testimonium, honoris fraterni usuram, & amoris debiti pignus,*

Dedicando

*mancipat ac offert*

RESPONDENS.





THESIS PRIMA.



UM litis contestatio sit fundamentum, & angularis lapis processus *a*, quo omisso totum corruiat iudicii ædificium *b*, officii mei tesseram duco, in id genus materiei descendere, illudq; pro jure ac consuetudinibus consonis aliquot quæstionibus velitari, nihil metuens, Deo ordinante, *c* quicquid Oceanus juris periculi minetur, satius verò facturus, si a legitimo definitionis tramite limites ingrediar *d*.

a) *l. i. cum auth. offeratur, C. de lit. contest. Dd. in c. i. de libell. oblat. Bald. in c. un. extr. de lit. contest. Termin. in proces. c. 31. per l. prolatam, ubi gl. & Dd. C. de sent. & interloc. Myns. cent. 3. obs. 74. Marant par. 6. de ord. jud. memb. 10. de lit. contest. n. 1. Vult. lib. 2. I. R. c. 31. Vant. de null. sent. ex defect. proces. in rubr. tit. n. 134. Hubert. de Bonacurso in c. de imped. execut. n. 134. Lancill. de off. Prætor. in caus. civ. c. de lit. contest. n. 2. Achill. Person. in tr. adipisc. poss. n. 258.*

b) *c. cum Paulus, l. q. 1. Vant. d. loc.* c) *d. c. cum Paulus. Ab invocatione enim nominis divini tanta dependet necessitas, quæ præferenda, & farri & Cereri, ita ut etiã Notarii pro necessitate solemnitatis habeãt, ab initio instrumenti verbis utantur, Im Namen Gottes | Amen. Constit. Imp. Maximiliani Colonia edita, Anno 1512. §. Vnnd nach dem von gemeynen/re. vers. Nach Anruffung des Göttlichen Namens. Secus verò de jure communi. Disting. Dd. variè.* d) *Cic. lib. 1. Off. Dd. in l. 2. §. appellata, ff. de reb. cred. Vant. de null. c. 1. nu. 1. Borch. in tr. de in lit. jur. c. 1. n. 1.*

Est igitur litis contestatio *a* rei controversæ *b* apud iudicem competentem *c* ex utraq; parte *d* testatò *e* facta narratio, *f* omissis aliorū frigidis definitionū narrationibus *g*.

a) *Quæ originem traxit ex libertate Romana, ne in civilibus negotiis iudiciū aleret filias violentia, ceterum in criminalibus omnia fiebant volentibus sic partib. & secundū juris formulā solenniter. Inde dicta litis contestatio, quasi plurium adversariorum iudiciaria testatò ordinatio. Oldend. in proem. class. c. de lit. contest. Est igitur juris civilis. Vnde queritur? An omissio litis contestationis vitiet processum? Quod affirmandum duco cum Gail. 1. obs. 75. adeoq; substantialis est, ut ei renunciari nequeat, c. 1. de lit. contest. lib. 6. Petr. Ferrar. in form. sent. defin. §. visag, litis contest. nu. 1. Hubert. de Bonacurs. Achill. Perfon. Lancill. dd. locis, Hostiens. in summ. de litis contest. §. quæ sit litis contestatio. Sichard. ad rubr. C. de lit. contest. n. 1. & 2. gl. in d. l. prolatam, Lancill. in tr. de attent. & innov. part. 3. c. 25. n. 1. & 2. Vult. d. loco, Arnold. de Rayer. in proem. disp. 5. jud. process. Konig in process. jud. par. 2. c. 60. in pr. verb. Damit sich dann/ce. Est enim juris publici, cui privatorū consensus nihil derogare potest, Rota decis. 4. de lit. contest. in novis. Et vitiat processus ipso jure, etiamsi neutra pars opposuerit, Sichard. d. loco, n. 2. In Camera tamen Imperiali ad sententiam definitivam proceditur, etsi in prioribus instantiis nulla litis contestatio facta sit, modo de meritis cause principalis ex prioribus actis plenè constet Gail 1. obs. 75. nu. 5. arg. Ordin. tit. 34. par. 2. Questioni præcedenti ancillatur: An Princeps possit litis contestationem tollere? Affir. Quæ enim sunt ordinis positivi, nec defensionis necessitatem sapiunt, à Principe possunt præteriri & tolli, l. Princeps, ubi Dd. ff. de legib. Ant. Theff. decis. Pedem. 15. n. fin. Litis autem contestatio, est juris positivi, & solennitatis tantum naturā exigit. Ergo, &c. Inde in processu summano, de plano, sine forma, sine figura, sine strepitu iudicii nulla litis contestatio requiritur Gail 1. obs. 76. nu. 4. Myns. cent. 1. obs. 1. Vult. d. lo. Lancill. d. lo. n. 3. b) dd. ll. & cc. Ord. Cam. par. 3. tit. 13. Tunc enim*

enim propriè lis dicitur, cum contestata est, Arnold. de Rayer, d. loco.  
Hinc queritur: An iudicium exordium capessat à litis contestatione?  
Quod affirm. per l. amplius, 15. ff. rem rat. hab. dicimur enim ante litis  
contestationem petere velle, non verò petere, l. 2. in pr. in verb. in pri-  
mordio litis, C. de iure j. propt. calum. dand. Gail 1. obs. 74. Alex. Stia-  
ticus c. 5. n. 7. obs. pract. Sichar. ad d. rubr. C. de lit. contest. per c. ex par-  
te, de V. S. Myns. cent. 3. obs. 75. Vult. d. lo. Duar. ad tit. de jud. c. 1. Nicol.  
Cisn. in com. ad tit. de jud. sum. 1. nu. 2. & 3. Azo in com. ad d. l. un. C. de  
lit. contest. n. 3. 4. & 5. Diss. videtur Myns. in §. omnium, Inst. de pœna  
tem. litig. Cujus conciliationem vide apud Treutl. in disp. de jud. vol. 1.  
th. 2. lit. a. ubi ratione effectus in realibus rem fieri litigiosam per cita-  
tionem, in personalibus per litis contestationem Hartm. Pist. quest. jur.  
40. lib. 1. n. 2. & seqq. per auth. litigiosa, C. de litigios. Quamvis enim  
de iure ff. ad hoc, ut vitium litigiosi contrahatur litis contestatio tam  
in reali, quam personali necessaria fuerit, l. 1. §. fin. ff. de litig. l. 2. C. eod.  
Hoc immutatum fuit in reali de iur. d. auth. litigiosa, gl. in d. l. 1. §. fin.  
Ferrar. in form. respons. rei conventi, §. exceptionem litis pendente, n.  
5. Vbi obiter notamus in actionibus personalibus non rem, sed tantum  
ipsum nomē & actionem litigiosam fieri, Turzan. concl. 104. ubi com-  
munem dicit. Diss. Covar. pract. quest. c. 15. n. 6. Lancil. in tr. de attent.  
par. 2. c. 4. in prefat. n. 569. & Mindan. lib. 1. de process. c. 43. c)  
Lis enim tunc videtur contestata, cum iudex per narrationem negotiū  
causam audire cœperit, d. l. un. Specul. lib. 2. part. 2. de lit. contest. §. 2.  
n. 5. Host. in sum. tit. de lit. contest. §. 2. Duar. d. lo. De qua enim re co-  
gnovit iudex, de ea iudicare debet, l. de qua re, ff. de jud. ab eog. tempo-  
re exceptio incompetentiæ objici amplius nequit, debet enim omnium  
prima esse, l. fin. C. de except. l. sed etsi suscepit, in pr. ff. de jud. l. apertissi-  
mi, & ibi Bald. in pr. Castr. n. 2. Jaf. n. 11. Sich. n. 3. Zas. n. 1. C. de jud.  
ne videatur quis consensisse in iudicem, si actum judicarium ab eo  
velit expediri, Gail lib. 1. obs. 33. n. 11. Myns. cent. 4. obs. 59. Wurmbf.  
tit. 1. obs. 6. nu. 4. Hart. Hartm. tit. 1. obs. 11. n. 1. Ferrar. in form. declin.  
jurisd. §. 1. Marant. part. 6. de ord. jud. nu. 74. Lanfr. ad c. quoniam.

*de prob. c. 3. n. 1. Specul. de recus. §. qualiter, n. 11. Masc. de prob. vol. 2. concl. 952. n. 34. Obrech. disp. 11. de jud. c. 2. th. 108. An verò cum omnium prima esse debeat, ideò non existente prima, sed tertia, quarta, & sic deinceps, ad totam causam in iudicem consensus proficiscatur? Neg. cum Bald. ad l. fin. C. de jud. Nam si opponitur dilatoria, ut tu non es procurator, tutor, & c. legitimatur iudex tantum, quoad illam exceptionem intentatam, & ideò etiam post declinari valet iurisdictio incompetens. An etiam post litem contestationem? Neg. nisi supervenerit suspicionis aut incompetentiæ causa. Ad vulnus enim novum, aut refricatum, novum preparandum emplastrum, l. de etate, §. ex causa, ff. de interrog. act. l. 1. ff. de ventre insp. Nam tunc proponi potest, etiam probari Gail. Myns. Lanfr. Sich. Castr. Marant. n. 74. Masc. n. 37. & seqq. dd. lo. Felin. in c. pastoralis, n. 17. & ibid. Coler. n. 8. 9. & 10. de except. Symphor. supplic. Camer. quest. præjud. sub lit. r. Etiam post conclusionem, si modo reus iuste ignoraverit Decius in d. c. pastoralis, n. 9. Felin. d. lo. n. 17. Marant. d. lo. n. 36. Ruin. cons. 6. d) d. l. un. d. c. un. ext. de lit. contest. l. rem non novam, §. patroni, C. de jud. Ord. Cam. part. 3. tit. 13. §. Bund nach dem bissher die procuratores, König in process. c. 60. n. 2. vers. Bund darumb/c. Termin. d. lo. Mens. cent. 1. obs. 38. Arnold. de Rayer d. disp. th. 1. lit. b. Hinc queritur: An utraque pars in iudicio ad litem contestandam præcisè præsens requiratur? Negamus de jure novo, Sich. ad rubr. C. de lit. cont. n. 4. Diff. Bart. ad l. un. n. 9. & ibid. Bald. n. 4. C. de lit. cont. e) Treutl. d. lo. th. 2. lit. c. Arnold. de Rayer d. lo. lit. c. Gædd. ad l. 36. nu. 9. & 12. Cujacium corrigens, lib. 9. obs. 21. f) Treutl. Arnold. de Rayer. Godd. dd. locis, per d. l. un. & ibid. Sichar. n. 3. Nam tam ea, quæ producit actor, quam quæ respondet reus, narrationis significatione veniunt, d. l. un. g) Aliter Marant. & Specul. dd. locis, aliter Hostiens. d. lo. aliter Cujac. d. lib. 9. obs. 21. aliter Vigel. in lib. sing. de lit. contest.*

### III.

Inducitur autem litem contestatio, aut per negationem simplicem, a vel negativam responsionem ad libellum, b aut per affirmationem c. a) gl.

a) *gl. in c. un. de lit. cont. ut cum reus simpliciter negarit actoris narrationem, petens ab instantia absolvi, sicut habet Ordin. tit. 13. §. Vñnd nach dem / vers. In Sachen N. contra N. Bin ich der Klag nicht gestendig / bitt mich von derselben mit Abtrag Kostens vñ Schadens zu erledigen / Gail 1. obs. 73. n. 1. & 6. Myns. cent. 4. obs. 49. Arnold. de Ray. d. lo. 1 h. 2. lit. b. Etiam si litis cōtestationis nulla fiat mentio Ordin. d. lo.* b) *ut si quispiam protestetur, se litem super libello exhibito non prestiturum, attamen postea negativa responsione secuta litem contestatur, c. un. de lit. cont. Protestatio enim contraria a-ctui nihil operatur, c. cum M. Ferrariensis, extr. de const. ubi CC. commun. Myns. cent. 3. obs. 74. Gail d. lo. Wes. in par. ff. de except. num. 11. Diss. Ferrar. in resp. rei conventi, §. non tamen animo contestandi, n. 1. disting. inter responsionem in continenti, vel post intervallum datam, hoc modo induci litis contestationem, illo non. Sed pone: Reus dicit. Negopetita, prout petuntur, nego narrata, prout narrantur, nō tamen animo litem contestandi, queritur: utrum lis sit contestata? Variant Dd. in hac questione, glos. in d. l. un. negat, debet enim adesse animus in lite contestanda, & protestatio debet aliquid operari, Spec. d. lo. §. 2. nu. 14. Lancill. d. lo. n. 4. Sich. ad rubr. C. de lit. cont. nu. 5. & 6. Io. Fab. in breviar. C. eod. tit. Alii disting. Quod aut iudex admisserit protestationem, aut repulerit, aut tacuerit. Alii dicunt, quod protestatio illa nihil operetur, quoniam esset contra factum, & haberet aliquid fingere, sed circa factum non procedit fictio, l. in libello, §. facta, ff. de capt. & postl. revers. In actibus autem necessariis protestatio non iuvat protestantem, l. pacta novissima, ubi Bald. C. de pact. Iuris enim effectus non ab homine, sed à lege progreditur, arg. l. 1. §. calumniatoribus, ff. ad SC. Turpill. Primis manum dabimus. An autē quis possit cogi ad litis contestationem precise? Affirmativam tuebimur cum Marant. d. lo. n. 8. Iudicium enim redditur in invitum, l. inter stipulantem, §. 1. ff. de V. O. l. 3. §. idem scribit, 11. ff. de pecul. Potest enim reus compelli captis pignoribus, vel per detentionem personæ & mulctâ indictâ, Bald. in d. l. un. n. 6. & ibid. Castr. n. 8. & Sich. nu. 6. C. de lit. cont. Lancill. d. loco,*

n. 5. Nulla etenim ratio est, quò minus ad litis contestationē possit compelli, quàm ad alios actus judicarios, Arnold. de Ray. d. loc. th. 3. lit. a. c) Marant. d. lo. Godd. d. lo. n. 21. & 22. Io. Fab. in breviar. C. ad d. l. un. Arnold. de Ray. d. lo. th. 3. lit. a. Disting. Bald. ad d. l. un. n. 11. Aut confessio fit causa judicii declinandi, & tunc lis non contestatur per affirmationem, aut fit subeundi judicii causa, & tunc fit contestatio, l. atquin, §. cum me absente, ff. de neg. gest. cui adjunge distinet. Specul. d. lo. Negat Vigel. in suo tr. Richterbüchlein | tit. de lit. cont. Quæstio hic insurgit: An etiam per dubitativa verba, nempe: non credo, non puto, ignoro, possit contestari? Affir. cum Marant. d. lo. n. 4. Bald. in l. si debitor, ff. de pet. her. & ibi. Bart. & Gothofr. in not. lit. c. & e. & Bald. in d. l. un. n. 10. ubi notat: Aut illa responsio refertur ad positiones, aut ad libellum: si ad positiones lis non contestatur, quia non responsum ad petitionem. Aliud enim positio, aliud petitio, c. dudum, §. paribus ergo, extr. de elect. Gail. 1. obs. 73. n. fi. Castr. in d. l. un. n. 9. Bart. ibid. n. 13. Si verò ad libellum, & tunc licet talis responsio non sit congrua, veritati enim responsio quadrabit, attamen iudex & pars admittant, fit litis contestatio, per c. cum sedem, ext. de rest. spol. sicut enim petitio debet esse legitima, sic etiam responsio Sich. ad d. l. un. n. 9. in fi. Hoc autem propter procuratores & heredes, qui justam prætendunt ignorantiam, l. quanquam, ff. ad SC. Vell. Marant. d. lo. Ioan. Fab. in breviar. C. ad d. l. un. ad verb. per narrationem.

#### I V.

Quid verò? num etiam per exceptionem peremptoriam? Affirm. cum distinctione.

Wurmbf. tit. 13. obs. 4. Quod statim post factam narrationem ab actore inducatur, secus verò, si ex intervallo obiciatur. Et sic intelligendus textus c. 1. & 2. de lit. cont. lib. 6. Diff. Philip. Corn. conf. 332. vol. 1. & conf. 244. col. 1. vol. 3. Ferrar. in form. resp. rei conv. §. salvo aliis exceptionibus, nu. 8. Spec. d. lib. 2. part. 2. de lit. cont. §. 2. nu. 24. Castr. in d. l. un. ubi dicit, negativam decisam. per d. c. 1. & 2. sed glossæ opinionem de subtilitate juris veriore esse Sichar. ibid. n. ult. Wes. in par.

par. ff. de except. nu. xi. dicit usu obtinuisse, ut etiam si reus exceptiones obiciat, nihilominus cogatur, aut affirmativè aut negativè respondere, atq. ita litem contestari.

V.

Possunt autem omnes, qui personam standi in Judicio habent a litem contestari, non tantum principales, sed etiã eorum nomine procuratores, advocati, tutores, syndici b.

a) *l. t. C. qui leg. in iud.* b) *Gail 1. obs. 73. n. 5. Arnold. d. lo. th. 3. lit. c. Spec. d. lo. §. 3. n. 1. l. licet, 56. ff. de iud. l. rem non novam, §. patroni, C. de iud.*

VI.

In omnibus autem controversiis, in quibus Juris ordo observatur, & libellus porrigitur, etiam lis contestanda est. a Non igitur in causa nullitatis, b nec in causa appellationis, c nec in causa attentatorum, d & multis aliis.

a) *Gail 1. obs. 76. n. 4. Symphor. supplic. Cam. in lib. de præjud. Cam. sub lit. L. Schwanem. lib. 1. process. Cam. 43. Azo in com. ad d. l. un. C. de lit. cont. in fi. Cum enim libellus sit preparatio ad litem contestationem, hoc omissio etiam litem contestatio omitti potest, Myns. cent. 1. obs. 1. Vult d. lo. Lancill. de off. Præ. d. lo. n. 3.* b) *Si modo incidenter in iudicium deducatur, secus si principaliter, & non sit notoria, sed altiore indaginem requirat: Tum enim vim definitivæ exerit, quæ absq. litem contestatione pullulascere nequit, nec per viam actionis sit intentata; nam si per modum exceptionis intentetur nullitas, litem contestatio non est exigenda, Gail 1. obs. 77. Arnold. de Ray. d. disp. 5. th. 4. lit. a. Spec. d. lo. §. quando. In Camera Imperii indistincte super notoria nullitate ante litem contestationem pronunciari potest, sive principaliter, sive incidenter deducta sit Ord. Cam. par. 3. tit. 34. §. 2. Secus verò, si requirat altiore indaginem, tunc siquidem Juris ordinem servare oportet, Myns. cent. 1. obs. 20. 27. 38.* c) *Si modo in prima instantia lis sit contestata. Effectus enim litem contestata in prima instantia ad causam appellacionis porrigitur & extenditur, cap.*

B

per

*per tuas, ext. de appellat. Gail 1. obs. 76. Arnold. de Ray. d. lo. th. 4. lit. a. Konig. in suo process. c. 44. nu. 6. Franc. de Chald. ad l. 3. verb. per quod prist. jus recup. n. 42. Disting. Ferrar. in form. libell. appell. §. coram vobis, n. 2. Vtrum procedatur contra absentem, ut eo casu non sit opus litis contestatione, secus si contra presentem, l. fin. C. de temp. appell. Alii disting. inter ab interlocutoria, & a definitiva appellationem, ut primo casu non sit opus. Camera Imperialis stylus regulariter in omnibus causis ad se devolutis litis ex necessitate requirit contestationem, Ord. Cam. par. 3. tit. 32. §. 4. Arnol. de Ray. d. disp. th. 4. lit. a. Gail 1. obs. 76. Mynf. cent. 1. obs. 38. Konig c. 60. n. 2. & 113. n. 2. Noa Meur. in proces. Cam. part. 7. pag. 151. tit. 32. Vbicung, enim libello opus est, ibi litis contestatio requiritur, ut lit. a. h. th. satis probatur. At in causa appellationis in Camera requiritur libellus, Ord. Cam. par. 3. tit. 31. §. Wo aber von einer Endwrttheil/Symphor. suppl. d. lo. Ergo, & c. An verò indistinctè tam in interlocutoriis, quàm definitivis? Dicit Gail d. lib. 1. obs. 76. Negat Symp. suppl. Cam. d. lo. Ex ratione, quia plus incommodi interlocutoria, quàm commodi sapiunt, idq. tam ex mente Ord. Cam. par. 3. d. c. 31. §. Vnd so fern von einer Beschwerung oder Beywrttheil/re. quàm ex unanimo consensu Interpp. Nisi habeat vim definitiva, tum requiri contestationem, Ord. Cam. d. par. 3. c. 31. §. Wo aber von einer Endwrttheil/re. Cui etiã nos ad stipulamur. d) Ord. Cam. par. 3. tit. 31. §. Vnd sollen solche Sachen attentatorum, wie obstehet/ gehandelt vnd zum schleunigsten für gangen vnd procedirt werden/ & §. seq. Vnd dieweil bißher auß dem/re. Lancill. in tract. de attent. par. 3. c. 25. n. 20. Mynf. conf. 8. dec. 1. n. 14. intellige de attentatis notoriis, aut si facile probari possint, tum nec libellus, nec litis contestatio exigenda, Gail 1. obs. 46. nu. 2. 3. & 4. Mynf. 1. obs. 26. Secus si altiorum indaginem requirant, Schw. anem. d. lib. 2. c. 9. nu. 3. & tunc punctus uterq. tam attentatorum, quàm cause principalis simul debet tractari, Ord. Cam. d. lo. §. Vnd dieweil.*

VII.

Effectus contestatæ litis multiplex est, facit enim, ne libellus

bellus post contestationem possit mutari *a*, nec procurator absq; causa revocari *b*, ut procurator possit substituere *c* interrumpit præscriptionem *d*, actiones personales perpetuat, id est, usq; ad annos 40. extendit *e*, & ut debitor constituatur in mora *f*.

a) *Gail* 1. obs. 74. n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *Lanfr. de Orian. in d. c. quoniam*, c. 5. nu. 21. *Vult. d. lib. 2. c. 30. Arnold. de Reyer disp. 3. th. 16. Bart. Bald. Castr. Cyn. & Dd. com. in l. edita*, 3. C. de Edend. *Quæ opinio in praxi recepta. At theorica veritas aliud videtur suadere, ut ostendit Donell. ad §. sin minus, Inst. de act. & ad d. l. 3.* b) *c. 2. de procur. in 6. l. procuratoribus, C. eod. l. post litem, cum l. seq. ff. eod. Myns. cent. 5. obs. 44. Wurmbf. tit. 5. obs. 3. Gail 1. obs. 44. nu. 8. & 9. & obs. 74. n. 10.* c) *l. si procuratorem, §. si quis manda verit, ff. mandati, l. quod quis, l. neg. tutores, §. fi. C. de procur. Myns. cent. 1. obs. 43. Wurmbf. tit. 1. obs. 1. & 2. Hart. Hartm. tit. 7. obs. 3.* d) *Gail 1. obs. 74. n. 22. per l. mora, C. de R. V. l. fi. C. de præscr. long. temp. Guid. Pap. decis. 416.* e) *Quæ olim perpetua, l. 3. C. de præscr. 30. an. hodie 30. annis præscribuntur, l. fi. C. d. t. Trentl. d. disp. th. 2. lit. d. Spec. d. lo. §. ult. Num etiam de temporalibus & realibus? Dicit Trentl. d. disp. de realibus d. l. fi. C. de præscr. 30. an. l. 1. §. 1. C. de annal. except. de temporalibus l. 139. ff. de R. I. Diff. Cuj. 18. obs. 29.* f) *l. 3. §. in hac, ff. commodati, Bald. Castr. Zas. & Dd. communiter ad l. vinum, ff. de reb. cred.*

#### COROLLARIA.

1. *Scriptura non est de substantia Emphyteuseos; sicut nec feudi.*
2. *Absq; consensu domini proprietarii Emphyteuta alienare non potest Emphyteusin, sicut nec feudum vasallus.*
3. *Emphyteuta Ecclesiæ non tenetur solvere collectas, & tributa fiscalia domino temporali.*
4. *Ob inundationem sive sterilitatem temporis, aut belli periculum non est remittenda Emphyteuta pensio.*

5. Pa-

5. *Patris hereditate à filio repudiata Emphyteusis retineri nequit, idem de feudo existimamus.*
6. *Actionem Emphyteuticariam parere Emphyteutum contra-ctum, non verò condictionem ex lege.*
7. *Concessio Emphyteuseos (sicut & feudi) certa linea, facta linea fi-nita tollitur.*
8. *An feudi concessi filiof. ususfructus patri acquiratur? Nego.*
9. *An vasallus contra patrem dominum infendantem teneatur ju-vare? Negativa uti pietati arridenti ad stipulamur, quamvis nonnul-li dissentiant, per c. un. hic finitur lex. Causa tamen belli nonnihil prius intraspecta.*
10. *Spirii possunt accipere feuda.*
11. *Fratrem fratri directis verbis non posse stipulari verius est.*
12. *Contractus feudalisi stricti juris est. Emphyteusis verò bone fidei.*
13. *l. 2. C. de rescind. vend. in transactione non habet locum de jure communi.*
14. *Casus est: Parens habet 3. vel 4. liberos, inter quos bona sua divi-sit in presentia omnium, ad quos divisio spectat, qui consenserunt in divisionem & juramento confirmârunt, neminem contra venturum, neq. parentem, neq. liberos post aliquot annos in codicillis parens divi-sionem factam obtenta à juramento absolutione revocavit, quaestionis ergo est, utrum revocatio vel facta divisio sortiatur locum? Cacherani pro divisione facientis vota sequimur, decis. 124.*
15. *Appellatio an admittenda contra litis juramentum decisorium? Affirm. Cacher. decis. 61.*
16. *Germanorum non fuit ultima laus, quam Cornelius Tacitus am-pliat, quod unica uxore fuerint contenti usq. ad extremum halitum, virgines igitur solas nubere castitatis lucrum est, cum virginibus de-corum, viduis triste & fœdum sit nubere, teste Forstero lib. 7. de success. c. 9. n. 21. sed cum successerit libido in quibuscunq. terris, & proh dolor, occupavit etiam Germaniam, non igitur, quod sit laudamus, sed quod fieri debet.*


F I N I S.

Gzd

•••

uit,  
ra-  
a fi-  
ju-  
n-  
vius  
lei.  
re  
vi-  
t in  
um,  
vi-  
onis  
vani  
am  
m.  
m,  
de-  
cess.  
lor,  
uod

*[Handwritten signature]*



Rara

994

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

6 8 7 9 5 4

